

1414 [= 1413] Mai 23, Pisa

Vor dem Notar Giuliano de Collino Scarsi gibt die Sklavin Anna, *de progenie Corvattorum*, des Herrn Piero Filippi de Rabatta von Florenz zu Pisa, unter Eid zu, daß sie von dem *bulattarius* Giacopo Corbini schwanger ist. Sie steht kurz vor der Niederkunft.

Firenze, AS, Notarile antecosimiano, 18822, fol. 67v

Anna de progeie corvattorum, etatis annorum triginta vel circa, serva Pieri Filippi de Rabatta civis et mercatoris Florentie habitantis Pisis in cappella sancti Egidii, que Anna^a est pregnans et aliquantulum egrota, forsitan, ut dixit, quasi vicina partui, constituta in presentia meo Iuliano notarii superscripti et testium infrascriptorum ad instantiam et petitionem dicti Pieri Filippi patroni sui ibidem presentis et petentis, dixit, testificavit et ad sancta Dey evangelia iuravit super animam suam corporaliter tactis scripturis, sibi prius corporaliter prestito ipso iuramento a me ipso Iuliano notario superscripto, sub quo interrogata a me
5 Iuliano notario superscripto tamquam publica persona interrogante etiam pro quocumque interest vel interesse posset, dixit, testificavit, asseruit et sponte confessa fuit se esse pregnantem ex Iacobo Coarbini cerbulattario, cive pisano de cappella sancte Marie Magdalene. Et taliter me Iulianum notarium ac iudicem ordinarium supradictum dicti
10 Pierus Filippi et Anna rogaverunt ut de hiis presens publicum conficerem instrumentum.

Actum Pisis in camere primi solarii domus habitationis dicti Pieri Filippi posita in cappella Sancti Egidii^b ex parte postremorum dicte domus et post^c cameram magnam ipsius solarii, que camera magna est
20 a parte anterioris ipsius domus, presentibus ipso Piero Filippi et Laurentio eius genero, et Gerardo vocato Pissicha quondam Puccii Tedicis de cappella sancti Casserani et Niccolo Bernardi barberio de cappella sancti Tomasi ad parlasium [?] Pisane civitatis, testibus ad hec vocatis et rogatis, dictis anno indicione et die.

^a Anna] unsicher. ^b folgt gestr.: infra. ^c folgt gestr.: can-.